trium perditorum annorum fructus. Ideo et tria animalia quadrupedia sunt diuisa in sacrificio Abrahami sed quarto aues non sunt diuisæ, Propterea Sarah ponit quartum fermentum & decoctionem in farinæ satis tribus donec fermentur totum. Eamobrem post refutatam coenam Restitutionis quam nemo trium prius vocatorum gustabit, vocantur claudi, cæci, surdi, muti & qui sunt in vijs & sepibus, compellũtur intrare. Hæc autem & innumera similia fuere hasten⁹ absçondita ut qui se putant videre non videant, & qui non videbant videant. Quia gloria dei fuit abscondere verbum & gloria regnum erit in æternum exponere verbũ.

FINIS.

trium perditorum annorum fructus. Ideo et tria animalia quadrupedia sunt diuisa in sacrificio Abrahami sed quarto aues non sunt diuisæ, Propterea Sarah ponit quartum fermentum & decoctionem in farinæ satis tribus donec fermentur totum. Eamobrem post refutatam coenam Restitutionis quam nemo trium prius vocatorum gustabit, vocantur claudi, cæci, surdi, muti & qui sunt in vijs & sepibus, compellũtur intrare. Hæc autem & innumera similia fuere hasten⁹ abscondita ut qui se putant videre non videant, & qui non videbant videant. Quia gloria dei fuit abscondere verbum & gloria regnum erit in æternum exponere verbũ.

FINIS.

LAPIS CHYMICUS
Philosophorum Examini subjectus.

UBI

Et ejus ὑγιεινητικὴ vis ac confectionis modus breviter discutiuntur.

AUTHORE
BASSETTO JHONES
Generoso.




OXONIÆ.

Excudebat HEN: HALL Academiæ Typographus. Ann Dom. 1648.



Mercurius charus qui corruit Cœlo,
Ad ſolem revixit.
Fugam foco cum figit,
Alchemiam Scientiam ſcit.





LAPIS CHYMICUS Philoſophorum Examini Subiectus.

PRÆFATIO.



Lmæ Anglorum Academiæ quæ eſt *Oxonii*, omniumque quibus Lapidis phiſici ἐνέργεια innotuit, Examinationi reſpectivè ſubjicitur, utrum exemplar hoc ſit ipſe Veterum elixir, & potabile factum, num vera Philoſophorum *Pannacæa*; Album morborum Lunarium, ſicut Rubrum Solarium exiſtit.

Additur *Potabile* ad curioſis ſatisfaciendum, qui (et non abs re) *Lapidem* vo-

lunt mineralem priùs vegetali conjungi quàm spiritui animali administretur. Quæ etiam & quorundam Veterum Opinio fuit, Occasionémque dedit posteris (quibus & Lapis mineralis penitus ignotus erat) tot *Auri* Purificationes, & subtiliationes, ac tandem cum spiritibus vegetalibus conjunctiones inveniendi, Ut inde saltem Lapidem hunc mixtum, seu *Aurum Potabile* conficerent. De quo abundè *Lullius* & alii Philosophorum passìm.

At cum successus Medicinæ hujus administrationis (quæ non adeò contemnenda erat, quanquam non [a] Philosophica) eorum expectationibus ac Philosophorum promissionibus respondere non invenirent; cumque adeò ingeniosi erant, ut Philosophos mentiri spernere crediderent, Inter se garrire incepetunt, Alius Alium condemnans, aurum suum vel ingrato, vel saltèm non artificiosè menstruo conjunctum affirmans; [b] mixtionem hanc *dissolutionem* Æmulosè appellantes.

Unde notam veri auri potabilis, cum Poculum eo non inficiebatur, quidam esse concludebant

[a] *Aurum enim mortuum potabile redditum (pace Ger. Courtin, et Mat Gwin. omni non carere vi medicâ se quentia obitèr probabunt. Utcunq, tam Paracels. quam Ant meritò culpantur, dii sub specie hujus, Doctores se mundo jactitant in Arte cujus janua omnino illis ... essulata ... rat, ut ex utriusque scriptis patet*

[b] *Mixtio est mixti lium alte-*

concludebant. Quam opinionem ipſi medici non poſſunt quin ignorantiæ condemnent. Cum quiſque Dogmaticus menſtruum ſui potabilis auri morbo appropriatum eligere novit. Nam ut ratione & experientia patet, Aurum quod ſpiritu ſalis, dulcificato potabile redditur, magis convenit Hydropicis, quā illud quod calcis ejus cum oleo Juniperi conjunctione conficitur. Utcunq; prius poculū inficit, poſterius verò minimè.

ratorum unio, diſſolutio vero unitorū diviſio.

Sic hoc ad præcavendam repellendamvè Peſtem efficacius eſt, eo [f] *Penoti* aut [g] *Antonii* cum ſpiritu vini confecto. Utcunque ad retardandum ſenium & ſanitatem generaliter tuendam, Spiritus Vini omnibus menſtruis præferendus eſt Ut [h] *Crollius* de quatuor naturæ principiis ſcribens rectè annotavit. *Inter Cœleſtia* (inquit ille) *Sol obtinet primas; Inter Vegetabilia, Vinum; Inter Animalia, Homo; Inter Mineralia, Aurum.*

f *Bernard. Penot. de aq. Mercu.*
g *Fran. Anton. tra. de Auro potabili.*
h *Croll. Baz. Chym. p. 256.*

Sol ergo metallicus animatus at per regenerationem aſtralis factus, Solis Vegetabilis ſeu ſpiritus vini appropriato menſtruo, Soli animali ſeu Cordi microcoſmico hominis videlicet ſpiritui vitæ, tan-

quam simili, applicandus est, &c.

Alii verò opinabantur rectissimam Philosophici auri potabilis notam esse quum denuò cum auro in gratiam non accipitur, seu in metallum reducitur. Quæ & subtilis erat *fallacia secundum quid.* Nam verum est quod aurum Philosophicum eo modo in gratiam non reducitur. Sed cùm per dissolutiones Laicas auri compago adeò solvitur, ut [k]difficultèr in corpus reduci possit, nullo modo sequitur quod ideò sit Philosophicum. Quia non solum à reductione immunitas, sed vivacitas eum Philosophicum denominat.

Nec vivacitas cum adjunctis cõrrosivis, (utì quidam *Philosophi Metaphoram* haud [l]intelligentes) sed per animam ei inditam, quâ seipsum, & omnia, purgat, & in omnibus multiplicat semen suæ vivacitatis ad infinitum.

Medicina hæc ad libitum prudentis medici potabilis redditur, eodem modo, iisdemque menstruis, quibus *Sol* aut *Luna* vulgaris, sed multò [m] facilius.

Sed sanè utrum potabilis efficiatur Hæc, non multum interest. Utì operator satis

Vide Hartman: in Croll: Baz. Chym.

k *Quod oleo plumbi flavo & quibusdam aq. Mercurial. fieri experimento patet.*

l *Vide Mat. Gwyn Aurum non Aurum p. 53, & 54. ubi Antonium & meritò flagellat.*

m *Quod enim jam Sal est celeriùs solvitur quã quod sal nondum est sed esse potest. Claveus.*

ſatìs expertus eſt; qui eâ multotiès eſt uſus, in pulverem ſolum limatâ, & in fico vel Paſſulis granū unum vel alterū deglutiēdo, ſuperbibito vini hauſtu; Idq; æquali cum ſucceſſu ac ſi potabilis efficeretur.

Et Ratio eſt, quia Lapis hic, à mortuis jam reſurrectus, corruptioni non amplius obnoxius ſit, nec ſibi propè corruptionem admittit; ſed procul à ſe ſeperare conatur, omnia quæ [n] tangit purificare enitens, ſicut ipſe in *Abſtracto* purus eſt.

Undeevenit, quod ſi granum hujus ſolitarium in auri vel argenti grana decem projiceretur, totum brevì in pulverem vertetur. Et quicunque hunc pulverem in vaſe Philoſophorum claudere, & per tempus ſuum illic regere ac lacte nutrire ſciret; Totum (exceptis criminibus quæ Lotione Philoſophica ſepetantur) in Lapidem æquè purum vivumquè ac hic [o] eſt, tranſmutaret. Et ſic (aquâ ei redditâ) Lapidem multiplicaret in infinitum.

Et unica ratio quare Lapis hic non tranſmutat mercurium per modum [p] projectionis eſt. quia diutiùs igne non ſubtiliatur; Reiteratâ ſcil: ſolutione & coagulatione

n *Intellige hic tam contactum virtualem quam corporalem.*

o *Rubrum viz. Metallū vertetur in rubram, & albam in Medicinā albam*

p *Per modum enim fermentationis ſemper tranſmutat dum cum eo & ſulphure Solis multiplicatur.*

agulatione ; donec ſubtiliatione metallicâ adeò fuſilis evadat, ut in igne flueret ante fugam mercurii.

Quod ad rem medicam non requiritur, quum in hunc uſum ad libitum ſubtiliari poteſt, innocivis, imò, vehiculi [q] loco, morbo appropriatis ſpiritibus vel oleis, tàm vegetalibus quàm mineralibus, uti antea monſtratur, Et paſsìm ſcribunt Philoſophi, cum de Lapide ſuo mixto mentionem faciunt.

Et ſanè rem medicam præcipuam fuiſſe veterum intentionem Credibile eſt, utì rectè à *Martino Rulando* annotatum habemus. Dum ſic ſcribit.

[r] *Conſtat quotieſcunque Philoſophi de Lapide ſuo ſunt locuti, metalla transmutante, hoc intellexiſſe de metallis corporis humani, hoc eſt, morbis, quæ per metalla metaphyſica, hoc eſt, longi ævi, eſſentiam quintam permutari poſſunt, &c.*

Rulandum tamen hoc ſcripſiſſe, per modum abnegationis, quaſi medicina hæc nullo modo poteſtatem haberet metalla ipſa tranſmutandi, minimè putandum; cum Exemplar hoc contrarium teſtatur; uti quis experiri poterit, qui unam

[q] *Melioramus Medicinarum operationes cum eis rem permiſcendo quæ proprietate faciat virtutem earũ pervenire ad mẽbrum &c. Jo. Paul. Spin. in lect. aur. text. 27.*

[r] *In Progymnaſt. alchemie quæſt. 66.*

unam partem hujus rubræ medicinæ ſuper viginti *Lunæ* partes projiceret, & ſuper Cupellam diu fortiſſimè flabellari ſineret, totum quod remanet denuò in aurum verſum inveniet.

Periculum etiam facere poteſt alio modo quis, cui tanti folles deſiderantur, Accipiendo ſcil: metallum a Cupella poſt trium horarum flabellationem, idque *Aqua forti* diſſolvendo. Sic inveniet partem ejus in pulverem aureum in fundum immiſſam, reſiduam ab aquâ forti diſſolutam. Quæ diſſolutio ſuper cupri laminam, poſtquam in aqua præcipitatur, & denuò in corpus reducitur, ſecundâ in nova aqua forti diſſolutione factâ, talem quantitatem pulveris aurei in ſundũ vitri immittet, qualem priùs. Et hoc opus reiterando, totum quod remanet in aurum vertetur puriſſimum; reliquum in ſtercus ab aquâ forti conſumptum. Et poſtquam totum pulverem aureum liquefecerit, quaſi ſextam *Lunæ* partem remanſiſſe tranſmutatam inveniet.

Et Ratio quod reliquum conſumitur eſt. Quia medicina non perficit imperfecta (uti falſò creditur & blatterant

Myſochimici

Mylochymici Truffatores) nisi in quantum imperfectum à perfecto seperare potis est. Et cum in omnibus metallis sit quædam pars auri & [t] argenti; hanc illis extrahendo Lapis Philosophicus didicitur omnia metalla in aurum & argentum convertere. Extrahit enim Seratum metalli aperiendo, & partem sibi Homogeneam inseperabiliter uniendo, ac reliquam expuendo. Quâ etiam ἐνέργεια Analogicè & Morbos microcosmicos expellit. Quod veteres metallorum lacerationi prætulisse, omnesque verè Philosophos in posterum prælaturos creditur. Præcipuè quum morborum desperatorum tam subita & jucunda depulsio, metallorum transmutatione multo Reipublicæ commodior existit.

[t] *Additur Auri & Argenti, quia Medicina alba Iovem &c. in Lunam transmut. sicut rubra in Solem. utcunque projectionis modus sit diversus.*

Et putatur Veteres *Synecdochen* hanc de metallorũ transmutatione ideò aliquantulum Hyperbolicè Encomiasse, scientes, in quantam nummi avaritiam sequens ætas illapsura erat. Ut nihil ad tam intricatam, nummorumque consumptivam artem posteros studio prosequendam incitaret, si non *Auri sacra fames*.

Scientes insuper ut si quis ad artis se-

rata

rata aperienda honoraretur, cum inde ad tam altam Dei *Trinunitatis*, *Incarnationis*, *Passionis*, *Exaltationis*, ac Divini seminis, *infinitæ Multiplicationis*, suique per illud *Glorificationis*, contemplationem inductum fore, ut facilè mundana sperneret; Sequeartemque suam in donatoris gloriam & Reipublicæ commodum certò devovere addisceret: Videns Deum Totum in Toto, & omnia quæ extra Deum sunt, accidentia esse, ut Theologicè [u] *Agrippa*. De quo artis usu post doctissimum [x] *Thornburium* quidvis scribere, nihil nisi Lineam Apellis emendare esset.

Sed progrediamur denique laudabilem artis usum in lapidibus preciosis confingendis obitèr attestando. Cum certissimum sit, Medicinam adeò indulcorari posse, ut sit vitro permixtibilis, exindeque perlas effingi, ut in *Chartula Sacerdotum* scribitur.

At cum nullus ejus usus medicinali comparandus sit, hinc fit ut usus ille tanquam ultimus finis, ab operatore hujus semper intendatur. Quem tamen cum [y] *Paracelso* Hyperbolizare non placet.

u *Henric. Cornel: Agrippa in Com in Artem Brevem R. Lullij par.* 3

x *D. D. Thornburie nuper Episc. Wigerniensis Angl. in Tract: quem nihil aliquid omnia in titulat.*

y *Tinctura Balsamum ita mundificat ut etiam proles hæreditaria in decima progenie sentiat effectũ Sanitatis. Paracels: Sic —Plenius æquo Laudat vẽales qui vult —*

cet. Sed, (quùm ipsimet ægris adstare non arrideat, utcunque ea etiam in arte Laureatus erat) expertorum medicinam facientium usui laudandum offerre decrevit. Deque ejus confectionis modo, quàm appertè ac lex Philosophica permittit, scribere, ut saltem in errores quibus ipse inciderat, nemo in posterum labi timere audeat.

extrudere merces. Hor. l. 2. ep. 2.

In quem finem.

Artificem Naturam quatuor promovere modis notandum est, *viz:*

1 *Interiùs.*
2 *Exteriùs.*
3 *Superiùs.* &
4 *Inferiùs.*

Ut Author Rosarii rectè collegit; ac Cecinit [z] *Cephalus.*

z In Merc: triumph. l. 4.

Tu compone prius sua quod putrefactio mergat,
Membra situ putrefactaque solve, solutaque rursum
Divide, seddivisa suo purgamine lustra
Quo decet, ac lustrata, sua vice coge sub unum
Corpus, ut exacta tibi jam de sorte laborum
Spes veniat simul egregia, & tua Vere serenet
Vota novo, ac viridem texat de flore Coronam.

De his igitur Capitulatìm & Brevitèr.



CAP. I.



IN primo, ubi natura *Interius* operatur, *Dissolutio*, *Mortificatio*, seu *Incineratio*, tractanda venit. Ubi quatuor consideranda se ostendunt. *Materia*, *scil*: *Vas*, *Tempus* & *Ignis*.

De duobus quorum prioribus credat Artifex apertius neminem scribere ipso *Hermete* in [a] Tabulâ, dicente.

Pater ejus est Sol.
Mater ejus est Luna.
Et Portavit eum ventus in ventre suo.

Cujus dicti prima pars manifestè ut nominat materiam, sic & ultima vas denotat.

Quod sic exprimere licet.

Quicquid aliquid in ventre suo portat, Portati vas appellari scimus.

Quomodo igitur vas in quo sulphur &

[a] *Smaragdinâ scil. quæ intra manus ejus in Antro, longè post obitum reperta erat, test. Philos. utcunq; tamen res se habuit, totam artis veritatem eam continere testatur experientia.*

& Argentum vivum noſtrum imprægnarentur, ex Aëre (vel Saltem ejus domino) componi poſſit, cogitet [a] Artiſta.

Et ſciat, quoad tempus, nullam diſſolutionem eſſe Philoſophicam, quæ tribus horis non abſolvitur; ut recte [b] *Maria*, de quâ *Rythmi* (*tonat.*

Maria Mira ſonat breviter cum talia
Gummis cum binis fugitivũ figit in imis,
Maria lux roris ligã ligat in tribus horis,
Filia Plutonis conſortia jungit amoris.

Ac quoad Ignem, dicunt Philoſophi quod ſit *Ignis fimi*; vel rectiùs, *Calor Galina excubantis ova.*

Quæ elegans eſt ἀλληγορία, Sicut enim Galina ova excubando per tempus a natura deſtinatum ea quaſi Animat. Sic Calor congruus Lapidi vaſe incluſo ſuperpoſitus animam ei inſeperabiliter immergit.

Propter trium quorum ignorantiam, in ejus praxis infantia, Operator hujus in ſequenrem incidit errorem. Dum *ſc. ii.* Sulphur auri cum mercurio purificato amalgamatum mortario marmoreo impoſuit; Cumque Engina ad hoc aptata globulũ ſuper materiam (quæ calore levi locata

a *Scimus vaſis præcioſitatem & Eſſentiam, quod divivum ſulphur nuncupatur Herm. de Comp. Cap. 6.*

b *Miria ſoror Moyſes, in practica.*

locata erat) continuò circumrotabat, donec totum instar *Butyri* incorporatum videbatur. Tum novum mercurium materiæ adjunxit, priori filtrato, & in loco calido continuo locavit ut antea; Hocque reiteravit opus, donec habuit circiter viginti partes mercurii ad unam Solis sic quasi incorporati. Demum totum hoc in Vitro posuit & Calore levi fovebat per trimestrem; quando in Lutum quasi nigerimum conversum observabat.

Tum Solem filtrabat à Mercurio hoc quasi impragnato, & deposuit. Mercuriumque paulò fortiori Igne decoxit, donec per omnes intermedios colores in Albissimum exaltatus erat. Et hoc spatio Bimestri, vel circiter.

Demum albi hujus, fortiori paululum igne, semestri adhuc spatio, maximam partem in Amalgama albissimum [c] Hexagonalis formæ fixatam invenit.

Quod in vase terreo positum aucto igne rubificabat. Et erat purum solis sulphur instar ceræ levi igne liquescens. Imò & adeò subtile, ut per firmissimum crusulum, illæso vase, in ignem penetra-

B rer,

[c] *Vide Curtis: Chymici* D. *Davisonii part. 1. Ubi de mutatione Elementorū ac causis formarum eruditè tractat.*

ret, si modò eum paulò fortificari contingeret.

Invenit insuper & modum sulphur hoc multiplicandi. Partem viz. ejus viginti mercurii partibus imponendo, & per dies circiter quindecem concoquendo; Quo spatio Sulphur dissolveretur in Mercurium; Qui quasi liquefactâ consistentiâ existeret; Et repetitis distillationibus aquam exstillari sineret fastidiosè fœtentem. Tum post fortiorem parùm coctionem per aquam fortem dissolvebat. Quæ in fundo aliquam prædicti Amalgamatis partem semper relinqueret intactam. Et sic sulphur hoc multiplicabat.

Qui Lapis erat & à [d] *Crollio* desideratus. Nec, pace *Arnoldi*, Scripta [e] ejus se alium habuisse testantur.

d *Vide Croll' præfat. admonitor.*
e *Arnoldi stil.*

Sed, re verâ, nisi ad verum Lapidem fermentandum nihil valebat ad Rombum. Quoniam *Basilisci* venenum (uti hic habet) præ oculis suis non gerebat.

Quamque *Ænergiam* in vase layco coctus habere non potuit, magis quam Sperma animalis in vasem ligneum injectum novum animal generare potest.

Et

Et miratur Author quomodo error hic usquè adeò translatitiè præteriretur à D.D.[f] *Bernardo*, dum in Epist.ad *Thomam* de *Bononia* in verba *Geberi* à *Thoma* citata commentatur.

Verba hæc sunt.

Qui scit Argentum vivum amicari corporibus, invenit unum de secretis maximum, & quasi unam viam perfectionis.

Trevisanus λιπόντων *Geberi* præteriens, inscitiæque *Thomam* redarguens, pergit: inquiens. *Si illud scis tibi diximus aliquid, si vero non scis nihil tibi diximus.*

Mihercle (boni Comitis veniâ) si vas Philosophorum nescis, & si illud scis nihil est. Ut per præfatum errorem non sine sumptu comprobavit Author hujus. Quodque nunc citat opus ut posteros à tali errore defenderet, & ut in libris Philosophorum legendis cauti sint admoneret. Quia multa neotericis scribuntur incognita, seu haud intellecta, & è contra. Priorum quorum prædictus Comes multos in libro suo de Alchymia notat; ipsumque in posteriorum numerum elegantibus involvit [g] tropis.


f *Com. Trevisan. Marchiæ.*

g *Ubi quid plane scripsimus, ibi nihil scripsimus. Philosophus.*

Minimè enim putandum *Comitem* præcitatam *Geberi* λιπθώπιν fuisse præterlapsum, quasi ipse vasem Philosophorum nesciret. Cum in præfato suo libro de *Alchymia*, senis cum quo ibi confabulatur [h] descriptione, *Vas* elegantissime depingatur. In quo & Absconditissima Philosophorum Secreta latitant. Noto enim semel vase, cætera quin se suo tempore manifestent haud dubium est. Sæpenumerò enim contingit quod attestatur Philosophus, per errores citiùs quàm legendis libris ad hanc artem perveniri.

h *Circa finem libri de Alchymia, ubi describit, qualis & quantus erat fontis custos.*

CAP.



CAP. II.

LApide jam in vaſe ad plenum diſſoluto ſeu incinerato, impuritates ejus exteriùs protruſæ abſtergendas ſe oſtendunt. Ubi *lavatione Philoſophica* opus eſt. Cujus operationis ingenium primævis Philoſophis fuiſſe deſideratum ſcripta eorum oſtendunt.

Ut & omnibus ex neotericis qui longum præſcribunt tempus dealbationis, ut in *Clangore Buccina* ſcribitur.

Patientiam habeas in dealbatione, quià illic latet multa tarditas.

His omnibus dico lavacrum [g] *Jordani* penitus fuiſſe ignotum.

Ideoque oportuit eos regem ſuum mortuum

[g] *Sicut Naaman Syrii Lepra lavacro Iordani curabatur ſic analogicè Lapis.*

mortuum solo igne dealbare, & inde auctiori rubificare: qui labor erat arduus & prolixus.

De quo Quidam cecinit,

Ardua quippe magis res est cui vita sub auras
Cessit, ei absumpta sua reddere lumina Vita;
Quam facere ut mortem simul appetat atraque discat
Claustra subire Erebi. Major se Spiritus illis
Hisce effert operis, & aperta in luce refulgent,
Clara Dei monumenta, Hominis non sorte laborum.

Iique igitur & pauci qui modum hujus noverant, tam obscurè de eo scripserunt ut ipsi filii vix intelligerent. Inde *Pater Hermes* discipulos alloquitur, inquiens, *Dealbate latonem & rumpite libros, ne corda vestra rumpantur.*

Qui elegans est διασυρμός, ceu *irrisio* cum insultatione conjuncta, quasi diceret, Ehem Excellentissimi domini Doctores.

ctores! quibus præcipua & obscuratissima Philosophorum adyta reserata sunt, unde evenit ut jam, noto vase, tamdiu quasi in luto hæsitetis: putabam vos nunc sine cortice natare posse, & legendis veterum libris cætera ad Magisterium pertinentia edocturos. Annon legistis in practica [i] *Mariæ, quod sit aqua vel res qua albificat* [k] *Hendragen, idque in parte unius diei?* unde fit igitur ut vos adhuc vosmet torquetis Solo igne *Latonem* vestrum dealbando. estnè propter hujus ignorantiam? Rumpatis igitur libros, mihique præbeatis aures, misereor enim vestri laboris & inscitiæ. *Azot* est. Statim enim subjungit; *Ignis & Azot latonem abluunt.*

Quod *Azot*, in lib. de *Alchymia*, cap. 5°. *urinam puerorum vel acetum* vocat *acerimum.*

Eo (inquit ille) *combusto, accipite cerebrum ejus, & acerimo terite aceto, vel urina puerorum donec* [l] *obscuretur.* De quâ etiam scribitur in Tabula. *Seperabis terram ab igne, subtile à spisso suaviter & magno ingenio.*

i *Maria enim vixit ante Hermetis annos teste Suida & August. de Civ. Dei.*

k *Nota per hendragen lapidem album intelligi nã ruber si 3um dierum spatio purgetur benè est, cum impuritates ejus tam altè ei inhæreant.*

l *Id est, clarificetur per Antiphrasin.*

Ingenium igitur hoc *Azot* inveniendi, inventoque utendi, totum est quod ad secundam hanc operationem requiritur.

Quoad rem ipsam, si eam ex suprascriptis adhuc non cognovit Lector, audiat quid *Caled minor*: dum scribit, loquitur.

Qui scit nigredinem accipere ab ejus superficie, eâ ablutione ipsum purificat & auget. ET AVGET, hoc enim vocabulo rem quasi acu depingit.

Et quoad lavationis modum, *Morienni* ausculta, dum jubet ut eas ad mulierem lavantem pannos, & ut tu similiter faceres.

Qua comparatione proximior non invenitur. Nec reverâ ulli apertiùs, Philosophorum[o] pace, scribere licet.

o Ex aqua fumum depone, ex unguento nigredinem, & ex fece mortem. Hermes de comp. cap. 1


Nisi forsan Poetæ dum canit:

En aliud lapidis divina scientia non est,
Quam si natura, aut teneas lustramina terræ,
Quæ desorde sua defæcari atque levari,
Non

Non potis est, nisi aquam sua per media hauserit ultrò;
Eluviemque suo hoc lustramine funditùs omnem
Exuerit natura suam, in viridante juventa.
Quam tu si teneas, artemque [p] tenere necessum est.

[p] Venite filii sapientum, gaudeamus & simul nunc laetemur, quia mors consummata est, & filius noster regnat. Hermes de Alchim. cap. 30.

CAP.



CAP. III.

PEnultimo jam restat loco ut, quo natura movetur *superius*, monstretur modus; Cujus operatio *inceratio*, *ingressio*, ceu *subtiliatio* dicitur, & 3^ci via fit, ut D. D.^m *Hollandus* annotatum reliquit.

m *Jo. Isaac Holland. in oper. Mineral.*

1 *Solutionem & coagulationem in vase Philosophorum repetendo.*
2 *Cum aquâ paradisi lapidem incorporando.*
3 *Cum oleis lapidis incerando.*

Quarum postrema (prioribus autori ^n desideratis) hic solum tractabitur; nec

n *Causa quare de his desperat. cap. 4. ponitur.*

nec priores ad institutum nostrum necessariò requiruntur, cum *Raymundus* [o] *Lullius*, aliique quibus tota lapidis praxis comprobata fuit, lapidem mistum in usum medicū semper prælegêrunt.

Ultimo igitur modo lapis dupliciter incerari potest, vel additis imperfectorum oleis [p] lapidem rubificando, vel ipsum spiritibus tartareis subtiliando; quæ & hic eligitur, quia imperfectorum olea addita, nullo modo lapidem exaltant, nec ad rem medicam, neque ad Metalla.

Non ad Medicinam, cum passìm testantur omnes, *nullum Sulphur Solis Sulphuri comparandum esse, cujus rubificatio est intensa citrinitas. Ut recte Thornburius.*

Et non ad *Metalla*; nam utcunque verum sit, flavum oriri colorem ex rubedine cum albedine conjunctâ; in projectione tamen ni tandiu flabelletur Metallum donec tinctura ejus propria protrudatur, Examen *antimoniacum* non sustinebit: quia postquam hujus metalli calcis tinctura superficialis cum oleis additis adimitur; quùm denuò (inquam)

[o] *In lib de 5 essent. & alibi.*

[p] *Ut vult Sandevogius.*

quam) corpus ablicans per antimonium citrinatur, damnum exinde sustinet.

Sed de his, vide *paracelsi chirurgiam magnam, & comment. Hartmanni* in *Croll. p. 64.* ubi etiam & præparatio auri potabilis monstratur non contemnenda.

Nec insuper ad conjunctionem tincturæ cum spiritibus liquefactio ejus requiritur metallica, (utcunque inter se metalla sub hâc formâ semper coeant) cum talis vicinitas & Sympathia sit nitro ceu Tartaro (sal enim tartari nil præter nitrum vitis est) cum metallis, ut seinvicem amplectantur in calore spiritui tartareo appropriato; q De quo vide *Raimundum Lullium de 5ta essent. dist.* 3. ubi de propinquitate tartari cum Mercurio, & modo cum extrahendi egregiè sibi Lector satisfaciet.

q *Nota dupliciter fudi medicinam fusione scil: aquosa, & cerea sub quâ, & Calore cinerum, exemplar hoc fluit. Quemque Pepasmi naturalis calorem non excedere probat Fernel: in Consil.*

Vndè & veritas scripti patet, *quod ex omni re fit cinis, ex omni cinere Sal; ex omni sale Mercurius; & ex omni Mercurio Sol*; & sicut inter omnes sales Sal tartari primas semper obtinuit, sic inter omnes Mercurios

curios, *noster.* Non mirum ergo si coniuncti se invicem adeò amplectantur, nec ut spiritui Microcosmico administrati tam mirè ei *r* succurrant, cum semper virtus, ut in secundo multiplicatur, finitur in tertio.

r Sol aurum atque hominis cor numine quippe sub uno exercent virtutum operas. Vide Arisop. Cephal. in merc. triumph. l. 1. p. 11.

Ratio tamen per quam Medicina hæc balsamo Microcosmico adeò succurrit, altiùs inquirenda est. Idque ut saltèm *Hypocratis* satisfiat *Aphorismo* pronunciantis, *Iis quæ sine certa ratione deprehensaque causa levant acquiescendum non esse; cum horum plurima sint instabilia*; Et ne ei forsan imputetur vis quam non habet: Nam Argumentum quod à similitudine operationis ejus in metalla profertur non semper satisfacit.

Cum dicitur Medicinam hanc (ut *Autopsiâ* patet) in imperfecta projectam ea statìm pulverizare, idque in eum finem ut imperfectum à perfecto in eis separet, sibique homogeneum assimilet. Similiter ideòque quum intra corpus Microcosmicum assumitur, se balsamo adjungit, idque adeò corroborat, ut impuritates ējus qualescunque

hujus ope expellantur, balsamumque liberetur ab aptitudine ei, cum incipiat senescere, incidenti, ut à talibus impuritatibus amplius non suffocetur, usque ad tempus suæ extinctioni destinatum.

Nec magis forsàn satisfaciet quod ex *Crollij Basil: Chym:* Præfatione in prolatum fuit, nisi & insuper monstretur, quomodo aurum nostrum ut-cunque animatum suam *Balsamo Microcosmico* Ænergiam communicet; præsertìm cùm Doctores tanti ullam talem auro mortuo inesse negant.

His omnibus (ne priùs dicta otiosè reiterentur) omittitur plura regerere, utpotè quibus plene satisfactum est ab authoribus quos citat D. D. *Thomas Brouneus*, quibus & ipse egregiam navavit operam, in [r] *Pseudodoxia Epidemica* Elaborato sanè libro in Anglicana sua lingua edito, ad quem & lector refertur.

[r] *Lib.* 2. *c.* 5.

Cui utcunque quod scribit *aurum limatum vel foliatum meseraicas venas non intrare, sed per sedimentum transire* non negatur. Interim tamen quin Calx ejus aquis dis-

soluta

ſoluta eas tranſeat nihil obſtat. Imò facilitatem ejus planè demonſtrat conſideratio, cùm tartaro, auri & argenti ſympathia, idque ex tract: *Lullii* præcitato. Quodque præfatus D. Doctor Ex *Senerto* in eodem cap. affirmat de ratione *auri fulminantis*; hoc ſcilicet fieri, propter antipathiam quam habent ſpiritus nitri cum ſulphure auri. *Si* inde portiunculam ſulphuris inflammabilis auro incitam intelligat, conceditur; at non è contrà. Quia ſulphur ejus fixum, quid eſt niſi *argentum vivum ſummè digeſtum*, cum quo, nitro nulla eſt antipathia, imò maxima convenientia, uti antea dictum eſt, & poſtea probabitur; idque ex prolatâ D: D: præparatione ipſius *Croci Metallorum*, & *ferri* in *aqua ferti* diſſolutione. In prima enim annotatur quod *poſt tertiam vel quartam ignitionem corruſcatio ceſſat*. Et unde hoc? Niſi quum ſulphur marchaſitæ inflammabilis diſperditur. In parte tamen *Antimonii* relictâ (quam *Hepar Chymici* appellant) portionem fixiſſimi ſulphuris remanere, creditur neminem negaturum;

ium; qui præcipuè multiplicationem Croci hujus tincturæ, & effectus ejus quasi infinitos catharticos perpendit.

Adde et quod Medicinam adeò subtiliari posse affirmant veteres ut & antimonium [f] transmutare poterit;

[f] Vide Ewaldi Hogbelandi de Metal: transmut: pag. 21.

Quod nunquam verificaretur, nisi ei inesset portio sulphuris fixi, cum quo nitro nullam esse antipathian ex citatæ Præparationis exemplo patet.

Consideret denique Lector *Ebullitionem* quæ in ferri per aquam fortem dissolutione fit; & inveniet, hanc excitari per eandem antipathian spiritus nitri cum sulphure ferri inflammabili; cum in dissolutione argenti in eâdem aquâ tanta ebullitio non videatur: & quo puriùs argentum est, eò parcior observatur ebullitio. Et unde hoc? Nisi propter paucitatem Sulphuris inflammabilis in argento.

Vbi & animadvertendum quod argentum cimento repurgatum per aquam fortem ulteriùs non dissolvitur. Et

Et quænam hujus ratio? Nisi quod jam, sulphure argenti inflammabili à cimento consumpto, nulla est ei cum spiritu vitreoli, qui dimidiam partem aquæ obtinet, convenientia. Quæ insuper & ratio est, quod aurum aquâ regali solvitur, at non è contra. Cùm scilicet in auro tanta quantitas sulphuris hujus inflammabilis non sit. Ideoquè additur *salis armoniaci* quarta pars, idque ut auri quantitas, mercurio fiat proportionata. Observandum tamen, si dimidia pars salis, vel spiritus ejus adderetur, operationem ideò non impediri, sed *nisi addatur pars quarta*, idque propter rationes citatas.

Hinc observandum, dupliciter corpora dissolvi, vel scilicet per solam sympathiam dissolventis cum dissoluto, ut cùm aurum sale tartari spiritualizato dissolvitur, quæ paulatìm fit, & absquè ebullitione; unde physicæ æmula [t]dicitur: vel *partìm per Sympathiam & partìm per corrosionem*: ut cum metalla aquis fortibus dissolvuntur; quæ statìm quasi fit, & cum quodam impetu. De quibus vide *Bernard. com.*

[t]*Nota quod hic de dissolutionibus laicis omnino loquimur idque ut gradatione comparativa ipsius lapidis vis percipiatur.*

Trevisan. in Epist. ad Thomam de Bononia. Nunquam vero per *antipathiam*, nec per corrosionem in rebus dissimilibus; ut recte [u] *Rulandus.*

Ex prædictis patet nitri antipathia cum sulphure solùm inflammabili; mistaque dissolvi per sibi [x] similiora.

Ubi & notandum, nullum spiritum aurum & argentum sympatheticè citiùs dissolvere, spiritu *Mercurii.* Et ratio est, quia *Mercurii* forma, est Metallo proxima; qui cum in Spiritum nitrosum convertitur, in metallum agit, ipsum etiam in nitrosam substantiam transmutare, seu reducere enitens; Metalloque inesse ad hoc propensio, ejus dissoluti reductionis in oleum per deliquium facilitas demonstrat. Hocque perficit omnibus aliis nitrosis citiùs, quo natura eorum ei proximior existit.

Secundas igitur in hoc opere sibi vendicat *Sal Tartari*; idque quod nullus alius æquè citò ac levitèr in *Mercurium* convertitur. Tertias, *Sal Armoniacus*; Quartas, *Sal Petræ*; Quintas, *Sal Marinus*; *&c.* quorum omnium spiritus, absque ullius extranei admistione, aurum solvunt;

u *D. Martinus Rulandus in progymn. Alc. quæst.* 52. *ubi de diversorũ generum gummi dissolutione tractat.*

x *Nec similitudo absque dissimilitudine, nec dissimilitudo absque similitudine. Campanell.*

solvunt. Sed cum hi omnes (Salis Tartari spiritu solo excepto) multum corrodant, ideò postquam aurum prædictis dissolvitur, illud denuò cum spiritu vini, quasi dulcificare solent Chymiatri.

Patet & ex his [x] *Crollii*, de *auro fulminante*, opinionis levitas, cùm dicit quod sit propter *salis armoniaci cũ sale tartari antipathiam*, quoniam nulla inter eos talis esse potest, quum ambo sint ejusdem generis & formæ. Sali enim Armoniaco ex volatili parte salis marini, urinæ, & fuliginis composito, nullo modo potest inesse antipathia cum vitis sale fixo. Imò si inter hos non esset maxima convenientia, quomodo se invicem (demisso pulvere auri in vasis fundum) amplecterentur?

[x] *Basil. Chym:p.* 268.

At si hujus tonitrus rationem altiùs consideremus, videbimus eum excitari per eandem cum eâ pulveris bombardici, idque si solum hujus aurei pulveris ingredientia, eorumque naturas perpendamus.

Et primò quoad menstruum, inveni-

emus illud compositum ex sulphuris inflammabilis ferri spiritu, cum nitroso conjuncto.

Hique, utcunque simul distillati, nullam inter se *antipathiam* habere videantur; cùm tamen separatìm distillati commiscentur, videtur *antipathia*; ut in præparatione *tartari vitreolati*, evidentissimè apparet. Ibi enim cùm una pars olei seu spiritus *vitreoli* tribus partibus *olei Tartari* per deliquium facti, affunditur; quam magna inde oritur effervescentia, & vasis calefactio, licèt nullus calor externus adsit?

Hi spiritus, (inquam) seu *aquæ regalis*, cũ in auri dissolutione ignea pars ejus auro adeò fortiter annectatur, ut pars cum præcipitato pulvere, post omnes ejus aquâ dulci lotiones, permanet, (quod ex quantitate pulveris auctâ videri est) non mirum, si levi calore ignea pars [y] auri, à nitro, quasi ad id præparata, nitri spiritum accendit, antipathiam suam cum sulphure inflammabili, in spiritu vitreoli, & corpore auri existente, exinde demonstrans.

[y] *Hæc ea est quæ Physicè extracta fæminæque maritata &c dicitur Igniculus Promethei, auxilio minervæ à sole mutuo acceptus, & ad homines delatus in ferula Vide M. Mayer: de fr. Ros. Crucis; c. 4.*

Unde

Unde sulphur vitreoli, cum sulphure auri inflammabili, sympatheticè unitum accenditur; & cùm nitri sympathia sit cum parte solis fixâ, cujus sulphur inflammabile tam altè ei [z] inhæret, non mirum, si cùm totum compositum exinde dissipatur, sonus hujusce pulveris scrupuli, dimidiæ libræ pulveris bombardici accensi sonum excedat; si (inquam) auri partium compactio, ac ignis invisibilis spirituum vis, cum eâdem corporis crudi, comparentur.

z *Quod ex dissolutione & lotione ejus physica videre est.*

Nec (*pace* [a] *Hartmanni*) olei tartari affusio, causa efficiens *auri fulminantis* est, quia si alio sale, seu oleo per deliquium præcipitaretur, esset & tunc magis fulminans.

a *Hartm. in Chroll. loc. citat.*

Sed quod copiosa ejus affusio fulminationem aufert, (*ut ille refert*,) sententia est rationi congrua; cum adeò operatur in aquæ regalis partem vitreolatam, & auri sulphur inflammabile, (cum quo in dissolutione vitreolata aquæ pars annectitur) ut ea à corpore auri puro partim separat; quod ex totius ebullitione, & nigricatione videri est; sed cùm desit calor ad ig-

 nem

nem auri actuandum, hinc auri partes non dissipantur, sed fundum petunt, relictâ sulphuris adustibilis maximâ parte, cum spiritu vitreoli confusâ; cumquè tunc præcipitatus pulvis ad ignem calefit, compositoquè nihil adsit quod nitri particulæ adverſetur, nulla fit fulminatio.

Rationemque credo quæ [z] *Hartmannum* ad dubitationem hujus, quasi *nimiæ affusionis olei tartari* induxit, fuisse, quod tunc præcipitatum pulverem leviorem invenit pondere, quàm (ut ille loquitur) *si debita proportione esset affusum.* Cùm revera totum suum aurum in fundo, sine dubio, invenit; sed tantâ spiritus aquæ regalis quantitate non comitatum.

z *Hartm. Com. in Croll. Aur. Pot.*

Ideoquè, quô plus (*rationaliter*) olei tartari affunditur, eo purior fit præcipitatus pulvis in hoc opere.

Et ratio hujus quod *Crollius* adfert, (viz: quòd, *cùm pulvis hic sulphure vulgari trito immisceatur, fulminandi ejus vim amittit*) est, quod tunc quantitas sulphuris quantitatem nitri vincendo, efficit, ut nitrum non amplius

fit

ſit corpus agens in particulam ſulphuris inflammabilis; quod & in pulvere etiam bombardico requiritur; viz: *ut ſint ad mininum decem partes petræ ad unam ſulphuris, & carbonum.*

Cumque jam res è contra fiat, ut ſint ad minimum mille partes ſulphuris ad unam petræ; evenit, ut ſulphure hoc accenſo, nitrum mutuis ſui & auri partis ſibi homogeneæ amplexibus ſeipſum defendere conatur; cum jam ſit quaſi *corpus patiens*: Sulphurque auri partem inflammabilem accenſione hac exurit; ut inde calx depurata ad *brunitiem ſuam* igne reverberii oſtendendam habilitatur. *ut Author* [a] *ibi profert.*

Et ſulphur etiam commune ſuam continere [b] ſalis portiunculam, ex ſola ejus per ſalem fixum diſſolutione, conſtat.

Ubi & notandum, corpora quorum ſales ſunt fixi, ſpiritibus diſſolvi, & ſalibus ſeu oleis per deliquium præcipitari: & è contra; unde axioma chymicum: *Quicquid diſſolvitur per ſpiritus, præcipitatur per ſales: & è converſo.*

[a] *Crollius ſcill.*

[b] *Volatilis ſcil:*

verso. Cujus & ratio est: quod actio (cæteris paribus) à majori semper denominetur. Exemplo sit *Sal Tartari*; cujus fixi si una pars spiritualizati quatuor affundatur, fixum exinde volatile reddi videtur: *& è* [c] *contra.*

[c] Vid. Cap 4.

Unde patet, & in præfato opere quod oleum tartari affusum non jungit se cum sulphure præcipitato, (*ut Crollius putat*) sed ratio præcipitationis est, quod spiritui aurum dissolventi major sit sympathia cum oleo affuso, quàm cum metallo; ideoque pulverem metallicum in fundum dimittit, & se jungit cum eo sibi proximiore, *sale* scil: *affuso.*

Ubiquè tamen notandum, præcipitationem hanc solùm tenere locum in dissolutionibus quæ cum merè corrosivis fiunt, non autem in illis quæ per [d] sympathiam fiunt. cum eæ adeò Accedant ad physicam, ut ejus quasi spurii nuncupari possint. Et quod ignis in auro existens, sit corpus agens in præfata fulminatione, ulteriùs probatur ex ipsius pulveris efficaciâ medica, cum sit (ut *Croll: & Hartm:* ibi notant;

[d] *Cum uterque Sal acredine quâdã prævditus sit. Saliũ differentias è Cap 5. Petri Arlensis consulere potest Lector.*

tant; quod & experientia comprobat) *egregium sudorificum*, idque trium granorum pondere; at unde energia hæc? Non à sulphure volatili, cum spiritus ejus *digestivum* sit, & per se & talibus adjunctus: Nec à *sale armoniaco* cum florum ejus vix scrupulus, etiamsi in vino dissolutus, sudores adeò fortiter moveat. Necessariò ergo fit à spiritu auri, qui à nitro jam quasi in actum excitatus est. Ab igne (inquam) in auro à juncto nitro ad agendum jam suscitato. [e] Aurum enim per se, vel globulis, vel limato pulvere assumptum, hanc desiderare efficaciam sciunt omnes. Et quid inde? nisi ut per prædicta monstretur; salis tartari spiritum medium esse per quod spirirus metallici ad balsamum microcosmicum corroborandum promoventur. Quantaque sit spiritualizato sali tartari cum igne naturali nostro sympathia, innumeri autores passim scribunt. E quibus ut unus saltem nominetur, consulat lector *Marsil:* [f] *Ficinum.* Ubi & versus. (*tus.*

Solis æterna est Phæbo, Bacchoq; juventus.
Nã decet intonsus crinis utrumq; [g] *Deũ.*

[e] *Mortuũ scil:*

[f] *Lib. scil. de vita longa & cælitus cõparanda.*

[g] *Vid. Pet Arlens: de Sympath. metal: ad planetas, c. 5.*

Et

Et si aurum laica hac dissolutione, per salem tartari ad hoc suscitatum, adeò potens in medicina sit, cùm operatio hæc philosophicam tantum vulgivagè æmuletur: De ea quid dicetur, in quâ scilicet, sal tartari corpus patiens seu fæmina, masculi interiora philosophico hoc concubitu inseparabiliter occupatus est; ut exinde in maritum omniaque sua dominetur; illeque bonus vir uxorius evadit, *Horatio* de amasia canenti haud absimilis:

Vide M. Miyer. de l fam. Rosæ. Crucis.

Pone sub curru nimium propinqui
Solis, in terra domibus negata,
Dulcè ridentem Lalagen amabo,
dulcè loquentem.

Qualis in hoc opere eventus observanti energiam hujus medicinæ externam, tàm in re metallica, quàm medica. patebit.

Quoad primùm, cùm granum hujus in argenti vel æris centum projicitur, quàm evidens stridor exinde oritur, incessansq; donec totum metalli sulphur inflammabile, ad exteriora pellatur!

Et unde hoc? non ab auro, quia aurum, quanquam purissimum, se reliquis

quis metallis fluctualiter conjungit, idque absque minima perturbatione, necessariò ergo fit a particula [h] nitrosa in auri centro artificialiter conclusâ, quæ jam & totum aurum in nitrum convertit. Ut ex ejus immalleabilitate ac stiriosa in fractione forma apparet. hæc (inquam) non decimam sulphuris volatilis partem, *ut de nitro communi prænotatum est*, à se pellit, sed plusquàm mille, imò millies millia partium ad unam ipsius. Et non hoc solum sed totam metalli, in quod projicitur partem quam marito anatizat, eâdem (quanquàm gradu imbecilliori) potestate ditat. Quàm meritò igitur *Aquam ponticam, nitrum vegetale*, & *Lapidem*, hunc appellârunt veteres, Lector perpendat. Idem non solùm, sed & ejus magnetica [h] vis, ulterius probatur, cùm stupenda ejus in *Scrophulorum* & *ulcerum* curatione energia topica observatur, quâ ne minima quidem ponderis ejus pars per ævum diminuitur.

h *Nota quod hic habetur sermo de nitro Physico non vulgari.*

h *Cum cõtrariorum eadem sit ratio. Vide Campanel. l. 4.*

Quid mirum igitur, si pulvis, vel globulus hujus intro assumptus perpetuum

tuum sit absque diminutione [i] *Bezoardicum*, dum *Ambra, Stybium*, aliaque semigenerata, *Paracelsi* suas multiplicant dotes, quasi, in infinitum.

Ignorans tamen [i] *causam per quam*, sic cecinit [k] *Scotus*

Spontaneo actu tollit morbos sine tactu,
Cum res sit clausa, nec adhuc mihi cognita [l] causa,
Qualiter expellat morbos, medicosque repellat,
Dissipet utrumque morbum calidum gelidumque,
Arceat atque domet, metricè canit ore, suomet.

Cum igitur sympatheticè agentium rationem reddere tam ardua res sit; si cui theorica, vel practica, his altiora innotescant, ut ea philosophicis commendaret literis, Author orat & obtestatur; immemor enim non est illius *Seneca*, quod *multi ad scientiarum cognitionem pervenissent, nisi eam habere jam putassent.*


i *Vide Camilli Leonardi Spec. Lap. l. 2.*

i *Seu formalem.*

k *In tract. de virtute Bufonis.*

l *Vide Valesc. de Taranta Philonii, l. 7. c. 12.*

CAP.



CAP. IV.

AD ultimam hujus operationis explicationem, (per quam *scil*: natura operatur inferiùs) tandem aliquando deveniendum est. Hanc Philosophorum vulgus *projectionem* vocant; at quia hæc ad rem metallicam propriè spectat, quæ non est nostræ considerationis, ejus locum supplebit, de tempore & modo hâc medicinâ utendi Tractatus; qui projectioni metallicæ erit analogus.

Quoad primum. *Ad morbos præcavendos, Ver* & *Autumnum*, ut tempora maximè idonea, Philosophi passìm, & Medici solent indigitare. nec quidèm imprudenter; Cum illis temporibus natura astrali quasi instinctu ad sibi noxia expellenda sit armata, quô fit ut

sæpe

ſæpenumerò impuritatum reſiſtentiâ, natura hâc actione debilitetur, imò in tantum, ut non rarò morbi ſuperveniunt. Indiget igitur non tam communi Catharctico humores (ut fatentur medici) confuſè expultricem facultatem incitando evacuanti, quàm adjuvamine ad purum ab impuro ſeparandũ, quô ſemel præſtito, facultas ipſa corroboratur, & ad humores [l] expellendos exinde redditur idonea.

Et quoad tempus morbi, hoc aſtanti [m] medico ſemper cenſetur relinquendũ; Ab Authore enim tam præclaræ facultatis praxin obnubilare, ut cogitet, procul abſit; Rationali medico, quippe qui ſatis callet multiplex latutum auxilium ejus uſum. [1°. (Et quod non rarò accidit) cùm morbus ſedeſque ejus non adeò ſe manifeſtant, , *Indicationes* quæ *a juvantibus* & *lædentibus* neceſſariò tunc petuntur, Medici ingenium non minus confundunt, quàm harum ignorantia torquet ægrum. 2°. In *Morbis complicatis*, cùm & *contrâ-indicationes* oriantur, vah, *mi Doctor*, quoties

l Natura expellit, medicamẽtum verò attrahit vide Com. Hurnii in Aph. 22. l 1.

m Num in negotijs agendis ignoras ſequendas tẽporum opportunitates, & in occaſione rerum deſidiam ac tarditatem omnem quã diligentiſſimè fugiẽdam? mirabiliſſimæ quidẽ ſunt Deorũ voluntates, & fortunam cum abire permiſeris, fruſtra poſt–

Incidis

Incidis in scyllam cupiens vitare Carybdin?

Vsus & datur tertius, *scil. Cum medicinæ Apothecæ*, præter quod [n]nauseabundæ, indicationibus satisfaciendis sint invalidæ. Possit & numerari quartus (in quô & maximè claudicant medici) *scil*: cum exulat morbus, *partis corroboratio*: Sed de his abundè Lectori satisfaciet *Israelis Harveti liber, in defensione Chymiæ, adversus censurã Scholæ Medicorum, Parisiensium edit.*

Quod ad Medicinæ hujus formam potabilem spectat, duplex est ei præparatio, vel *scil*: eam in oleum per deliquium (evaporatione aquosa menstrui parte evocata) solvendo, aut spiritibus, seu oleis tincturam eius exaltando. Quod & medico relinquitur: Quum huius *Propola* omnia ad hoc necessaria menstrua [o] præ manibus parata semper habere debeat. De quorum præparationis & usûs modo, consulat Lector *Petri Io: Fabri palad: Spagyric.*

C. Dult. Clavæum de trip. præp: auri.

Io: Izaac: Hollandum oper: mineral:

Croll:

modũ dissedentẽ ac fugientem si implorat urus &c. Porcius ad Catilinam.

[n] *Medicamentorum usum magnâ ex parte Asclepiades non sine causâ sustulit, cum omnia ferè stomacho lædant malique succi sint. &c. vide Cels. l. 5.*

[o] *Nota hic & semper quicquid, de lapide rubro dicitur, idem et de albo intelligi, differentia saltem habitâ, quod=*

albus morbos curat lunares; ruber vero solares.

Croll: Bazil: Chym: cum Com: Hartm: Franc: Anton: de auro potabili.
Vlstadium de secretis naturæ.
Libavium.
Penotum.

Rupescissam, aliosque ferè infinitos, de Potabilitate auri scribentes.

Quomodo certitudo scientiarū deprensa esset si non opus quod est artis finis eam demonstrasset? Mayerus.

Solum hìc monendus Lector, medicinam in oleum per deliquium faciliùs reduci per spiritus planè nitrosos, paulóque fixiores, in tincturam verò rubeam per spiritus oleosos. Vnde et oritur discutienda ratio; Quare *scil*: Calx auri per quædam olea ulteriùs dissolvitur seu tinctura eius elevatur, corpus non item? Et est, quod olea hăc efficacia prædita multùm sint nitrosa, ut ex sapore patet, aurique sulphur in calce plus apparet, veluti ex colore eius aucto videre est. Ideoque sicut corpus dissolvitur nitro aquoso, sic Calx Bytuminoso: quia dissolvens agit in partes dissoluti interiores; aliter enim nunquam solveretur compago.

Quæ similiter & ratio est, quod auri corpus per *acetum* dissolvitur *radicatum*, Calx verò per Spiritum vini.

Notandum

Notandum tamen, prolatam medicinam nunquam in calcem verti (nisi saltem cum in vase philosophico multiplicatur) quia nullum ei inest sulphur adustibile. Sed cùm sub forma aquosa remanens spiritu nitroso dissolvitur, eo evaporato, corpus manet sub forma oleosa, exindeque per tales spiritus ulterius subtiliatur.

Ubi & denique notandum, nullum dari sulphur absque suâ aquâ, seu nitro, aliter enim nunquam ureret; nec ullam aquam absque suo sulphure, sine illo enim non posset fluere. Quia, ut *autopsia* patet, cum ignis in aqua per frigus externum ad interiora seu centrum pellitur; exinde in Glaciem, seu Nitrum aqua coagulatur, donec iterum tepor ignem in medium [p] revocat. Eadem & alterius ratio est, ut & quare mista plurimis spiritibus turgentia frigore non congelantur. Exemplo sit *vinum Falernum*, quod cùm frigido adversetur, exinde se non congelat, sed (quia spiritibus abundat) sæpenumero vas penetrat.

Quod & occasionem dedisse credi-

D tur,

p *In his igitur duobus, viz. aquâ & igne, sex entiũ qualitates tribus principijs comprehensæ apparent, viz: cal: & frig: madid: & tempor, aquos: & siccitas. Septima verò proprietas tẽperata est. Et testificat de verbo τ λόγ quãq; per proprietatẽ omne semẽ multiplicatur. Unde & veteres doctrinã de animâ mũdi extraxerunt.*

tur, Ingenium distillationum gelidarum, seu seperationum per frigus inveniendi. De quo consulere potest lector *D: D' Avisonii Curric:* [q] *Chymic.* Cujus & Spectator fuit author, dum olim *Lutetiæ* degerat.

q *Part. 4. in c de 5a. essent.*

D' Avisonii modum (ni desideranti librum quid ad lapidis hujus subtiliationem necessariò requisitum desit) hìc ponere lubet.

Spiritum vini, ovali vase, longi colli, *Hermeticè* clauso glacie collocat, (foramine priùs magnitudini vasis congruo glacie perforato) adeò ut tertia pars spiritus glaciem superemineat, ibique relinquit per noctem; flegmaticamque Spiritus partem die Crastino superiùs congelatam invenit. *Alcohol* verò purum, oleosa fluens formâ. Ad lapidem hunc subtiliandum accommodatissimum.

De his, & mentionem facit *Petrus Johannes Faber* in suo *Palladio Chymico*, ubi & spirituum multiplicatio docetur ingeniosa.

Sed in lucem prolatus Lapis, alio non indiget menstruo nisi vitis spiritu; qui

qui triplicem patitur præparationem. Quarum una, jam ex *Davisonio* monstrata est; alteraque perficitur, spiritum vini summè purificatum, cum sale vitis fixo, identidem per multifariam in aquâ distillatâ solutionem, filtrationem, ac coagulationem, purificato, quadruplici proportione cohobando. Sic fixus Sal elevabitur; ac tam virtute, quam quantitate multiplicatur spiritus, ad artificis placitum.

Tertia è contrario fit, viz: spiritum cum sale figendo. Cujus modus talis est:

Recipe Salis tartari albissimi putà, uncias quatuor.

Alcohol vini, unciam unam.

Sali, affundatur Alcohol, in vase longi colli; posito. Claudatur vas [r] *Hermeticè, fiatque digestio in balneo vaporoso per mensem. Sic Sal fixus spiritum coagulat.*

r Sigill: Hermet: opt. fit per facem titulo ad vasis collum flando, sic enim gradatim vas calefit & facile funditur.

Qui & æquè longum tempus expectare non potest; spiritum vini, proportione præmonstratâ, supra vitis salem cohobet; toties donec sal non amplius congeletur, sed fluat ut oleum.

Congelato hoc ſpiritu, apprimè ſubtiliatur lapis, dum ſub formâ manet aquoſâ. Sub quâ, utcunque malleum non ſuſtineat, laminari tamen facilè ſe patitur in Mortario, vel, ſi placet, in pulverem limari, aut inter pelles foliari, more metallorum elimatoribus noto.

Poteſt & ſub hâc formâ, cum ſpiritu ſalis aut mellis æque ſolvi, quibus forſan menſtruum priùs deſideretur. Hiſq; ſoluto, abſtrahatur menſtruum per diſtillationem, vel evaporationem, calore quam leniſſimo (idque ne fundum vaſis lapis tranſiliret;) Tum leviter ſiccatus, loco frigido humido, facillimè in oleum ſe reſolvit. Quem, iterum deſiccatum, ſi prima fluxio non placet, poteſt curioſus, repetitâ hâc operatione, ad placitum exaltare.

Aliter & ſic pergitur.

Quùm lapidis, prædictis cum ſpiritibus nitroſis conjunctione, ſulphurea pars protruditur, in folia ſulphur tunditur, indeque per præmonſtratum vini ſpiritum æthereum ſolvitur, ac cohobatur, dum in oleum exaltetur rubërrimum. Sed

Sed hæc, ad caput 3tium propriùs spectantia (ubi & eorum *Theoria* tractatur) in gratiam, authoribus illic citatis, carentium, hìc obiter tantum attinguntur.

Petendaque est exinde ratio, quare calx lapidis, oleum sit fluens, cum auri calx sit *pulverisabilis*; præcipuè, cum hujus artis authores, lapidem, ut plurimum *pulverem* nuncupent: Exemplo sit *Johannes Aurel: Augurelius* in tract. ad Pontificem *Leon*: 10. dum de projectione lapidis sic canit

——————————*Idque beati*
Pulveris actutū præ se vim ferre videbis.

Et alibi dum de ejus multiplicatione tractat; sic

————————————*Ocius ipse*
Pulverem exanctes cumulum————

— Eadem loquendi formulâ utitur *Plato* in Turba.

Cum quatuor naturæ in cœlum ascenderunt, (inquit) *rursus*
Tandem descenderunt, ita ut Ignis in Aerem,
Aer in Aquam, Aqua in terram incidat. Finis itaq;

Totius operis, Pulvis *ac* Cinis *est*

Prioris obvia est ratio, & ante citata, scil: quia Lapidi non inest sulphur adustibile. At *Appellationis*, Ratio non datur alia, quàm *Artis occultatio*. Quali, in eum finem, Authoribus uti licuerat per *Metonymiam Efficientis*. Idque quia primò fuit *pulvis* antequam fuit *Lapis*; & ut in *Pulverem* postea redigatur cum primum multiplicatur, necesse est.

Ex hujus lectiunculæ ignorantiâ, novit author quamplurimos errantes operatores, dum pulvereum lapidem de facie incognitum myopicè [f] venabantur.

[f] *Vide D. Petr. Arzlensis, lib. de Symp. metall. ad planet c.3. ubi pulveream imposturā detectam invenies.*

Identidem quæritur, quamobrem medicina spiritibus conjuncta, per se coagulatâ, fit coloratior; idque cum adjuncti spiritus, non videntur, tincturam quam ~~illis~~ addant, in se continere? Ratio hujus (alibi leviter agitata) est, quòd liquefactio prima, violenta cum sit, Lapis igni resistit sub formâ aquæ; resistentiâ à qualitate remotiore factâ; cum verò oleis, seu spiritibus ulteriùs solvitur, forma aquæ trahitur interiùs; ad

ad nitrum scil. in oleo latens. Cum ea solutio sit sympathetica; unde ignis, seu tinctura ejus ulterius se manifestat; ideoque in eâ fusione non currit, ut aqua, sed sicut *cera*, quamobrem & levi calore in ignem transilit, etiam illæso vase, sympatheticè sub hâc formâ moderatum ignem amplectens.

Unde patet, & corporum resuscitatorum, elementaria ad libitum penetrandi [t] facultas. Et notandum, cũ lapidi albo (quia non adeò digestus igne est, ut tinctura interius latens se manifestare audet) hæc fusio desideretur; ei solùm inesse tria elementa subtiliter clamitasse philosophos; elementum ignis, viz. eo non inactuatum, cum ignea ei desideretur fusio. Per fusiones enim has, elementa purganda manifestare, sciunt Philosophi.

[t] *Vid. Joh. Evangel. cap. 20.*

Lapidis igitur fusio tertia, in ejus multiplicatione monstranda venit; cum viz: in vase Philosophorum positus, quasi momento, summè volatilis fit; indeque *Hermetis* dicto satisfaciens,

Quod est inferius, est sicut id, quod est superius; & quod est superius, est

sicut id quod est inferius, ad facienda miracula unius rei.

Quarta dicitur *fusio* non *fusio*, cum in coagulatione terra fit viva, dum lapis scil: iterum figitur. sic *accipiendo vim, tàm inferiorum, quàm superiorum; ut alibi Hermes.* Et *Scotus sic,* [u] *Bufo gradiens super terram, & Aquila volans per aërem, est magisterium.*

u *De virtute Bufonis.*

Perque fusiones has, Philosophicè intuenti, non solum monstrantur anatizata lapidis elementa, sed & similiter principia; eaque tàm generalia, viz: Sal, Sulphur, & Mercurius, quàm specialia, scil: corpus, spiritus, & anima; de quibus plenius in capite primo.

Quâ consideratione dixêre Philosophi, quod lapis eorum compositus erat ex omni re; cum viz: illis constabat elementa, ac omnium rerum principia, eum continere. Unde divinitùs quidam Cecinit,

Lapis est unus, & [x] trinus, spiritus,
Corpus, anima,
Deificum munus bene sapere hac nomina,
Est vera Comparatio ipsius Trinitatis,

x *Vid. Ioh Evang. Ep. 1. c. 5. v 7. 8. Ubi notandũ tam ζῖμα quã ἄημα ab ἄω venire & Æthere διὰ τὸ αἰεὶ θεῖν derivari, teste Scapula ex Aristotele.*

Et

Et nulla divisio respectu dietatis.

Alterq; contemplatione hujus, quasi attonitus,

O decus, O splendor, lux, & Creatoris imago!

His omnibus velamen eruditè detraxit *Domin: Ligon: Regis Romanorum Archiphilosophus*, idque quinque usitat: lapidis nominum hac explanatione.

XIR	quæ		*Solvitur in aquam.*
IXIR	sic		*Distillatur in aërem.*
LIXIR	ex		*Reducitur in ignem.*
ELIXIR	po-		*Coagulatur in terram.*
LAPIS [y]	nit		*Perficitur firmâ fixiõe.*

Tumq; fit (inquit) Medicina universalis.

Hucusque Philosophus ille, & hìc author, praxi suæ finem ponere cogitur; medicinæ hujus compositionis, acquisitionè, necessariò contentus.

Cum interim, & artē altiùs ascendere videt; quod olim comprobavit *Olybius*, per perennis sui Lampadis fabrefactionem: Qualem, & alibi inveniri referunt authores.

[y] *Per Lapidē, quintum petri Boni Element. commemorat. Vide P. Palmar: contra Libavium. p.* 82.

Olybÿ ampulla aurea & argentea liquore ardente repleta, Patavii inventa, ex Petri Æpiani antiquitatibus desumpt:

[z] *desumpt: in Theatr: Chymic: vol: 1. p. 27. plenè describuntur*, quò, & lector refertur; hìc carmina solum ponere. cū præposita brevitas vix permittit.

z Dubitatur num argenteus liquor ardebat.

Olybii versus. (*res,*

Plutoni sacrum, munus ne attingite fu-
Ignotū est vobis, hoc quod in [a] *orbe latet.*
Namq; Elementa, gravi, clausit digesta labore
Vase sub hoc modulo Maximus Olybius:

a *Vel ut volunt alii hac quod in urnâ latet.*

Quod verò illic scribitur de ampullis illis, aureis *scil:* & argenteis liquore repletis, Tropicè necessario intelligi debet, *scil:* per *Metonimiam subjecti:* quasi diceret, *ampulla aureo liquore repleta, pro aureâ.*

Et ratio est prima, quod *nihil in mundo sine corruptione datur, præter aquam nostram cælestem*; quam esse substantiam quatuor elementorū, summè Purificatorum probat tâm experientiā, quā *Raymundi Lullii* testimonium. Secunda est, quòd Lapis adeò metallicè exaltatus omne aurum, imò vitrum penetrat.

In [b] ampullæ igitur hujus materiâ, fabrifactioneque disquirendâ, *hic labor,*

b *Nota quod hic nullo modo scribitur de vase Philosophico, sed de vase laico communiter materiā in igne retinente.*

bor, hoc opus. Nec desperaret Author, lapidem hunc suum in talem metallicè subtiliare, modo vasa, penetranti ejus vi, resistentiâ, acquirere posset. At (ut quòd res est dicat) vix invenire potest vasa, quæ lapidem, consistentiâ quâ profertur continere valent. Jgitur & sub formâ eum coagulare aquosâ necessitatur; idque quiâ sub eâ, non ita penetrat, ut sub sulphureâ. Quamobrem, si scripta hæc, in alicuius manus forsan venerint, qui vasa adeò firma effingere scit, ut Amausa, seu vitrum veneris liquefactum in igne follium continere possint, a medicinæ huius Propola, eorum precium obtinebit.

Sed pergamus.

Nec planè rejicientes quod in suo Palladio Chymico proffert *Faber. scil: vegetantium olea coagulata, diù inconsumpta urere*. sed cum evenit diuturna (utcunque paucula) diminutio; nihil ad perennitatem faciunt. Perennitas enim mutationem non cognoscit. Nec cum ullum Sulphur, præter hoc, absolutè fixū sit, hic alicundè lampas petendus.

Neq; lapis ille, quem *Crollius in præ-*

fatione

fatione sua admonitoria, se in peregrinationibus gustasse refert, alium fuisse videtur, quàm hic præsens medicinalis mistus; cum lapis absolutè metallicus, saporem, non [c] præbeat; mistus verò tàm saporem, quàm fragrantiam; idq; ex nitrorum unione [d] sympathetica.

Sequitur ut altioris hujus exaltationis metallicæ probetur possibilitas. In quem finem, non opus est Mathematicos consulere. Qui, cùm equum adeò plumis onerari posse asserunt, ut oneri corruat, Exinde plumæ unius pondus equũ labefactare probant. Res (inquam) nostra, non adeò arithmetica est; cum ex salium vegetantium diuturna subtiliatione hoc facilè patet. Videmus enim sales, post circiter decimam quartam solutionẽ & coagulationem, in oleum resolvi, ut amplius se non congelent. Cum igitur lapidis hujus processus idem sit; & quæq; ejus dissolutio, & coagulatio, evidentiorẽ, quãin salibus fit, alterationem inferre videatur; hunc identidem adeò subtiliari posse, ut amplius non cõgeletur, Quis dubitabit? quiq; eum, huc exaltare posset,

c *Certus auri color & natura non est dulcedo, ideo de eo scriciũ constituimus quod est IXIR. Hermes de Compos. c. 7.*

d *Vide Tyrocin: chym. c. de ol. plumbi.*

Ecce

Ecce Diana venit studiosa & aperta lacertis;
Hunc cupit, hunc spectat, quòd cubet in gremio.[e]

Hoc enim est *Ela musicum*, Aurum potabile deaurans vascula, & (ut verbo expediatur) naturalis philosophiæ [f] summa. Quæ enim naturalium artium actio æquè sublimis est, ac Elementa, in uno individuo misto, invicèm artificialiter claudere, ut neq; à flammâ conceptâ, nec admotâ, in perpetuum separentur nevè diminuantur? A flammâ (inquam) quæ contrarium [g] elementum dicitur. utpote per quod fit naturæ mutatio; vel in vitam ut in creationis initio, aut ad mortem, sicut in fine creaturæ.

Nec hic hujus actio sistit; cùm adeò vivus sit, ut ignem suum citiùs multiplicet quam ulla flamma, in stramine quanquam aridissimo.

Et quorsum hæc? nisi ut nobis præmanifestetur à mortuis resurgentium perennis vivacitas, qui talia Dei dona, contemplantes, gloriosam transmutationem [h] nostram, fidelitèr expectemus, idque per Omnipotentis Altissimi Seminis Vim; Cui Triuno sola sit Laus.

FINIS.

e *Vid. Ovid Met. l. 3.*

f *Vid. Michael. Poster in Apolog.*

g *Vid. Ioh. Paul. Felganor, Auror. sapientiæ, T. Germanicâ suâ linguâ editâ, c. 5.*

h *Vid Zechar. prophetæ, cap. 4. v. 10.*











Aurelius Hudrae amore captus Saturnum alloquitur.

Quàm sum lethiferis perculsus Falcifer, hastis,
Queis, Phœbi in Daphnen nil nisi ludus erant
Collatæ flammæ, Φιλτρὸν præscribat, at ô si,
Quis mihi nunc Divus, numen & usq; foret.
Inde senex, lascive puer, nonne oscula confers
Gaiæ grata labris blandaque, Zeugenii
Quotidie auxilio? si nescis, putide, nescis,
Cognati vestes indue, téque citò
Confer in hanc cellam, si téque receperit Hudra,
Tædaque succedat. Mœche memento senis.
Finierat dictum simulac, Pyrelius omne
Jussum perficiens, Hudra quieta manet
Amplexus Mœchi, quoad ambo libidine fœdâ
Mersi, quod dictu tristius, intereunt.
Conveniunt vicini omnes, Saturnus & ipse
Spectator lepidus funeris hujus erat.
Cui (postquam lini viventis Syndone putre
Vertitur in cinerem) squalida turba dicat.
A quo fonte Stygis mox & circunlitus, Eccum,
Pensandus doctis nascitur inde lapis.

Quod Philosophi de scientiis celaverunt literis septem scribitur; duas enim sequitur Alpha Yda; et Librum similiter sequitur Sol, volens tamen dominare, Artem custodire, Iungere Bubæ aquæ filium, qui est Iupiter. Hermes de com: Aleb: cap: 4.

----Saturnia proles Iupiter hic lapis est Mars, Sol, Venus, & Lapis hic est. Merlin:

Repræsentatores sunt.

Pyrelius amorosus Juvenis. *Zeugenius Pyrelii* cognatus, et humilis amicus. *Gaia* Melanch: fæmina. *Hudra* clara virgo. *Saturnus* Philosophus.

Imprimatur. Ed: Reynolds
Vicecancellarius.



ERRATA.

Cum masculinus *Vas* à *Varrone* dicatur ex *se pro altero dante*. Ubi nostrum sub eodem genere impressit Typographus; qui ἐνέργειαν ejus intellexit, ambo forsan non adeò cacographicè typis data dicet. Cætera quæ, prelo primâ fronte visitato, Errata invenit Author, omissis quibusdam punctulis, hæc sunt.

Pag. 26, pro *Præfatione in* leg. *in præfatione.* Pag. 27. post *digestum* pro , putet ?

Plura si repererit Lector, aut emendet, vel saltem condonet.

